



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

363. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

fiastica vel civili, si fiendæ sunt, fiant.

De eadem re. *Cap. xxii.*

CCCLXIII. Precariæ autem à nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo tantum qui dederit nomine, si res proprias & ecclesiasticas usu fructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantum quis nomine sumat. Quia sic eas quemque tractare ut alienarum rerum dispensatorem convenit, non ut propriarum largitorem.

Concil. Meld.
c. 22.
Capitula Karoli Calvi tit.
6. c. 7.
Burchard. lib.
3. c. 167.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCLXIV. A nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus Deo & sanctis ejus dicatis, cum ratio & usus obtineat neminem cui non vult contra utilitatem & rationem præstitum de proprio facere beneficium.

Concil. Meld.
c. 22.
Burchard. lib.
3. c. 168.

Ut precariæ in quinquennio renoventur.

Ex eodem.

CCCLXV. Ut precariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem & auctoritatem renoventur.

Concil. Meld.
c. 22.
Burchard. lib.
3. c. 169.

De commutationibus. *Ex eodem.*

cap. xxiii.

CCCLXVI. Ut commutationes rerum ecclesiasticarum validè caveantur & subtilissi-

Concil. Meld.
c. 23.
Burchard. lib.
3. c. 171.